



Universitätsbibliothek Paderborn

Vanitas vanitatum et omnia vanitas. dicit Ecc[lesiast]es

...

Jacobus <de Gruytrode>

[Speyer], 1490

De falsa mu[n]di gloria: potentia [et] dignitate: ac caducis eius diuitijs
contemnendis. Quintum capitulum

urn:nbn:de:hbz:466:1-30773

Ibi torquens nec puniens fatigabitur. Qui torquentur non morientur: et sine spe venie viuent: ut non moriantur: morientur ut non consumantur. **I**sidorus. Si haberet sapientiam **S**alomonis. si pulchritudinem **A**bsolonis. si fortitudinem **H**ampsonis. si longitudinem vite **E**noch. si **P**tholomei potestate. si diuinitas **C**resi: quid pdesset tibi: si tandem caro tua daretur vermis: anima demonibus: cum diuite crucienda si ne fine? **I**dem mouere debet te ad despicienduz mundum: et ea que in ipso sunt breuitas presentis vite: et incertitudo mortis. **A**nde **G**regorius. Reproborum mentes idcirco multa nequier agunt: quia se viuere hic diutius arbitrantur. **J**usti vero qr vite sue breuitatem considerant: elationis et immundicie culpas declinant. De breuitate vite pntis dicit **J**acobi. in **C**anonica sua. iiii. c. Quid est vita nra nisi vapor ad modicum parens: et deinceps exterminabitur? **A**ugustinus. **V**iata hominis tota breuis est ab infantia usq; ad decrepitam senectudem. Adam si adhuc viueret: et hodie moreretur quid illi longitudine vite pfuisset? **I**dem. Quicquid temporis vivitur: de spacio vivendi demitur: et omnino nihil aliud sit vita presens qz cursus ad mortem. **S**eneca. Quotidie morimur qr quotidie demitur aliqua pars vite nre. Ecce dilectissime sibene inspereris te: et verba iam tibi scripta ac etiā postea scribenda cordis auribz diligenter pcepteris: potius deberes dicere: vado mori credens p longum vivere tempus. Forte dies hec est ultima: vado mori. Tu autem estimas diu vivere: et hec temporalia bona et mundana gaudia annis multis indulitus possidere. Sed charissime no sic. **N**o enī vt ait **J**ob. Vanitati similis factus est: dies ei⁹ sicut umbra ptereunt. **D**e falsa mudi gloria: potentia et dignitate: ac caducis eius diuinitus contemnendis. **Q**uintum capitulum

Tibi sunt principes gentium qui dominantur superbe: vias que sunt in terra. qui in aubus celi ludunt. qui argentum thesaurisant: et aurum in quo confidunt homines. et non est finis acquisitionis eorum: qui argentum fabricant: et solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum. Exterminati enim sunt: et ad inferos descenderunt: et alij in locū

eorum surrexerunt.scribitur Baruch.capitulo Tercio.**H**ec
verba praetextus Prosper in sententiis suis sic ait. **U**bi sunt
insuperabiles oratores? **U**bi qui conuenientius festa dispo-
nebant? **U**bi equorum splendide nutritores? **U**bi exercitu-
um duces? **U**bi satrape et tyranni? **N**onne omnes puluis et
fauille? **A**none in paucis versibus est corum memoria vita?
Respice eorum sepulchra et vide quis seruus:quis dominus
quis diues:quis pauper? **D**iscerne si potes vincitum a rege.
fortem a debili: et pulchrum a deformi? **S**ciendum quoq;
est: q; humana gloria: ex quacunq; re sit causata: propter qua-
tuor rationes est ab omnibus fugienda. **P**rimo: quia vilissi-
ma ex sua conditione. **S**ecundo: quia vanissima sive fragi-
lissima in duratione. **T**ercio: quia falsissima in promissione.
Quarto: quia malignissima in retributōne. **D**ico primo q;
mundana gloria ideo nobis est fugienda: quia vilissima: et
hoc de sua natura. **U**nde scribitur. primi. **N**ach ab eo rum.
capitulo secundo. **G**loria eius stercus et vermis: hodie extol-
litur: cras non inuenitur. **Q**uid in rebus stercore detestabili-
us: quid in animalib; verme vilius? **E**rgo si temporalis glo-
ria hominis stercus et vermis consistit. non est hominibus
appetenda sed fugienda. **E**st namq; mundi gloria putrido li-
gno similia: de quo philosopus docet: q; de nocte lucet: sed
putridum apparet in die. **Q**uid enim est hominem gloria va-
na putridum de nocte lucem habere: nisi in hoc presenti tem-
pore quod nocti vmbrose est simile: gloriosius incedere: et lus-
minosus infirmis oculis apparere. qui no possunt nisi secun-
dum ea que foris sunt iudicare. **S**ed quando dies iudicij ad-
uenerit: in quo illuminabit dominus abscondita tenebrarū:
et manifestabit cōfilia cordium. tunc qui modo videntur glo-
riosi apparebunt putridi et vilissimi: et penitus non curandi.
Item tales mundi potentes sunt lucipete similes: que volan-
do in nocte lucet: et in die later: ac tota nigra apparet. **O** si hec
attenderēt qui in caducis suis diuitiis gloriantur: qui q; qua-
dam fetide carnis post modicum in cinerem reuersure nobis-
titate potentia et dignitate extolluntur. et alios contemnendo
deprimunt: quō in futuro vilissimi: nigri et putridi apparebūt

puto q̄ modo cordialiter detestarentur gloriam huius mundi temporalem. hoc scientes q̄ impossibile est vt dicit Hieronymus. vt homo in celo et in terra appareat glorioſus. **D**ixi secundo. q̄ gloria mundana est nobis fugienda. quia est fragilissima: nec est ylla stabilitate firmata. **S**ic namq; est deſtitua ut quelibet vaporosa vel fumosa ſubſtantia. **F**umus enī quanto plus in altum ſe erigit: tanto plus eſſe deſinit. do- nec penitus euaneſcat. **F**los magni odoris et ad tempus mirabilis venuſtatis: ad modicum tactum ſolis vrentis arescit: et omnis gloria eius perit. **V**nde dicitur Eſaie. xl. **O**mnis caro ſenum: et omnis gloria eius quaſi flos ſeni. **E**xaruit fe- num: et flos eius decidit: et omnis gloria eius deperit. **A**ma- tores igitur temporalis glorie: ſimiles ſunt ſeno tectoz: quod priuſq; euallatur exaruit. **V**nde Ecclesiastici. x. **O**mnis po- tentatus brevis vita: rex eſt hodie: et cras moritur. **N**am vbi eſt nunc gloria Aſſueri regis: qui per centum prouincias im- perauit? **U**bi gloria illius maximi Alexandri: in cuius con- ſpectu om̄is terra ſiluit? **U**bi nunc gloria totius romani im- perij: quod ad modum ferri omnia regna terre perdomuit? **U**bi ſunt principes mundi: qui dominabantur ſuper besti- as? **H**onne omnes tanquam peregrini et hospites vniuersi di- ei velocimne transierunt? **V**ere ſic. **N**am vnuſ ex eis non remansit: quia in vanitate defecerunt dies eorum: et anni eo- rum cum festinatione. **N**am commune mori: mors nulli par- cit honori. **M**ors ſera mors nequam: mors nulli parcit et equam. **L**uncie dat legem: tollit cum paupere regem. **T**ercio mundana gloria ideo eſt nobis fugienda: quia fal- ſiſſima eſt nulli ſeruans promissa: sed omnes homines fal- lens in via. **Q**uem enim imperatorum: quem principum nō decepit? **L**ongam enim et honorabilem vitam: pacificam et ſecuram potentiam ſuis pmittit: cum vnum momentū tem- poris vite addere non poffit. **Q**uis enim in temporali gloria Alejandro ſimiliſ: qui nullum vñquam bellum pdidit: ſed cum paucis multitudinem ſepe vicit. nullam ciuitatem obſe- dit quam non ceperit. nullam prouinciam vñquam inuafit: quam non ſue ditioni ſubmiſerit. **E**t tamen quando omnia

se subiugasse credidit: let pacifice vitam ducere sperauit: tunc
in momento veneno deperit. Quid igitur hanc mundi glo-
riam sequeris: a qua in morte iuuari non poteris. Unde De-
tritus Blesensis. in quadam episcopali. Gloria mundi fallax et
seductoria suos decipit amatores. Quicquid enim vel in fu-
turo promittit: vel in presenti pretendit: totum ad nihilum des-
ueniet tanquam aqua decurrentis. Quarto mundana glo-
ria ideo nobis est fugienda et contemnenda: quia malignissi-
ma in retributione: quia non perducit ad gloriam: sed ad pe-
nam et confusionem sempiternas. Unde Osee. iiiij. Gloriam
in ignominiam commutabo: videlicet in morte quando gloria
transibit in summam ignominiam seu confusionem: poten-
tia in impotentiā. sapientia in stulticiā: et omnis delectatio in
maximā penam. Nam et iuxta mensurā culpe: erit mensura
pene. Hieronym⁹ alloquitur ipos regalis glorie amatores ita
dicens. Ve ve vobis qui ad celoz regna diuitiaz itinere fe-
stinati: qm̄ facilius est camelū transire per foramen acus: q̄
diuitem intrare in regnum celoz. Non mea sunt hec verba:
sed Christi. Si hec reuocabilis est sententia: Christus omni-
no non est deus. Celum inquit idem et terra transibunt ver-
ba aut̄ mea nō transibunt. Ululate vos miseri: vento instabi-
lis fortune nobiles et potentes: qui alios confunditis: et tanq̄
ignobiles conculcatis: quia huius mundi vanitatibus hono-
rumq; et falsarum dignitatuz fumo obcecatis. Cum vestre vi-
te breuissime tela: morte velud a terente: forte hac nocte succi-
detur: in inferno sine interminabili pre alijs cruciabimini: co-
tinuo moriendo viuentes. In laboribus hominum in mun-
do non estis: immo non solum cum hominibus labores non
fertis sed et laborantes vivere nō permittitis. Idcirco nō cum
hominibz: sed cū diabolis flagellabimini. Quanto enī in mu-
ndo maior fuerit gloria et leticia: tanto maior erit in inferno p-
parata pena. Sed quid dicā. Duodecim fatemur Christum
aplos elegisse: quoꝝ unus oīm solus Bartholomeus carnis
origine fuit nobilis. et Matthaeus diuītis anteq̄ aplatum
reciperet insistebat: ceteri vero erant pauperrimi pīscatores.
Tur hec retuli audiat̄. Si Christus verax est: et si omnia

que ex ore eius audiui mendacia non sunt: huinsmodi homi
num vix unus aptus regno dei reperietur de mille. Qui ve-
ro eorum mihi non credunt: post modicum enim tempus in
tormentis positi sentient. Sed forte quis veritatis lumine ce-
tus iam mirabitur. Ad quem ego si ex hoc me interrogaret
responderem. Nonne unico credimus damnari hominem
mortali peccato? Sed si hoc inquiet ita est: vix saluabitur unus
de centum milib. Sed quid dives et mortalis auro pastus
aliud est: quodquidam oīm peccatorū vas putridū? Ubi super-
bia. ubi auaricia. ubi luxuria: nōne in diuitiib: nobilibus et
potentib. Nonne et latrones sunt: qui et paupērē mercedē rīo
lenter depredant: et eos deprimit atq; necat? Quid ex vber-
tate domus dñi faciunt: q; ut pauperib; necessaria ordinaret
recepérunt? Certe supfluitatem vestimentorū superfluitati ni-
miae addunt: et de paupib; frigore et nuditate mortalentibus
nō curantes. Palacia et magna erigunt edificia: vt humanis
oculis cōtemplentur: et pauges in plateis moriuntur incom-
modis. Cūiuia frequenter preparant alijs diuitiib: vt fercu-
lis delicatissimis suam ventris repleant ingluviem: quibus
pauperes fame pereunt. Quid aliud est eorum vita q; pecca-
ta? Nonne ad fores adeat luxuria? Quid ergo amplius lo-
quar: cum omnium mortalium lingua desiceret: vt que pec-
catorum facerent int̄imaret? Nec deum n̄i somniando co-
gnoscunt: nec se vt puto morituros arbitrantur. Non enim
facile in peccata labitur qui se moritum cogitat: et deum si
bi fore iudicem non ignorat. Vere nimis est imbecillis et mi-
ser: cui horum est memoria: si cuncta diabolica tentamenta
non facile vilipendit. Idecirco vere dicā: si deū suū iudicem
agnoſcerent: etiam si se mori crederent: non peccarent saltim
tam scuere. Cur hi miserrimi ad ecclesias properant vt diui-
nis intersint mysterijs: an vt contemplentur mulierum vul-
tus? Hec sua est meditatio et dei cognitio. Si diuinam per-
tinctantur legem: vt propter pecunias terram et mare pera-
grantes: crebris vigilijs et meditationibus sibi et filijs suis
diuitias congregent. Certatum vestimenta sua in societate mi-
ra artificij varietate perornata frequenter mutant: vt ludos

bastiludia: choreas: p̄cations: ebrietates: magna conuiuia:
delicata fercula suis alternatim exhibeant sodalibus: et mu-
lieres ad suam voluptatem xp̄plendam sufficienter habeam.
Hed ve miseri non cognoscitis q̄ corpus ante tempus de-
struitis: et animam interficitis. **U**nde infirmitates et mors tā
intempestiva nisi ex nimia ciborum copia: et frequenti mulie-
rum v̄su. **D**eū deludere creditis: certe deluditis vosmetipos.
Pro corpore obliuiscimini animā: et ecce corpus simul cum
ānima destruitis ante tempus. **E**t ideo gaudete iocundami-
ni et letamini in hoc tam breuissimo temporis spacio qđ ha-
betis ut postmodū cum diabolo sine fine temporis lugeatis.
Quod facitis ne differatis. **F**requentissime vestimenta p̄mu-
tatis: ne forte dispeat nobilitas: nec sint qui vos excedant ut
in inferno confusionē et verecundiam recipiatis. **U**bi con-
uiuia: v̄bi delicate fercula: v̄bi vina preiosa mellita et m̄lta
aromatibus. **P**roperate: epulamini et inebrieamini. **N**ō enī
post mortē amplius facietis: sed cū diuite qui quotidie splen-
dide epulabatur in tormentis gehennalibus aque guttam ni-
mūm p̄optabitis: nec habere poteritis. **V**igite solacia: v̄gas
in luxurijs explete voluptates. **S**eminate in corruptōe: ut de
corruptionē colligatis diuinam sententiam: quam iudex ille
iustus dabit in magno iudiciū die dicens. **I**te maledicti in i-
gnem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. **D**eu-
tor lapideum si cum talem tibi cogitas ob huius mundi par-
ua solacia imminere sententiā nō formidas. **S**i illum exspe-
ctas diem tam terribilem et crudelem: in quo non solum de
luxurijs: vestibus: ebrietatibus et cōmesationibus et de toto
tempore amissō quo vixisti: sed etiā oportebit te de qualibet
locutione vana et cogitatione domino reddere rationem. cur
non emendaris? **C**ur moraris miser de die in diem conuerti
ad dominum? **C**ur te iam malorum nō penitet? **E**cce mors
aperat ut te conterat: die noctuq; currēns. **E**cce diabolus se
iam p̄parat ut te recipiat. **E**cce dūnitie tue tibi deficiunt. **E**cce
vermes corpus qđ tanta nutris diligentia exspectat ut illud
rodant: quousq; iterum cōiunctū anime: cum illa pariter pe-
nas habeat infinitas. **Q**uid errando per seculi huius inuia;

in vanitatibus petis solatia? **D**ivinitas: gloriā et cetera tibi plas-
cita non inuenies hic: quia hic non sunt. **S**ed si vera queras
gaudia: ad illam celestem gloriam p̄p̄era ad quam factus es.
Ibi certe illa vera sunt gaudia: que oculus non vidit: nec au-
ris audivit: nec in cor hominis ascendit. **D**imitte queso caduca et
momentanea: ut habere valeas eterna et p̄petua. **S**ed quid
de his qui nec dei timore nec amore: nec mortis nec tormento-
rum subsequentium terrore a peccatis cessant: sed dolent:
si ut optant prava agere nō possint? **D**icam: ve re miseri qui
hic ridetis: quia plangetis. **V**e qui ista optatis gaudia tem-
poralia: quia vobis inuicis sustinebitis tormenta infernalia.
Ecce modicum vobis restat temporis. **I**mplete mensuras
maliciarū yestrarum: ut veniat super vos omnis diuina in-
dignatio. **F**ruamini hoc paruo tempore in iocis et ebrietati-
bus: prelijs contentionib⁹ choreis ⁊ procationib⁹: nec vacuū
pterire tps p̄mittitis. **Q**uid moramini dum viuitis cōgrega-
re filij vestris honores divinitas et potentias? **V**estra auge-
te nobilitatem et famam: ut et vestri possint filii que fecistis ex-
plere: quatenus cum illis pariter in inferno ampliora patia-
mini tormenta. **S**ed forse quis dicat. **B**enignus est deus et
misericors: qui omnem peccatorem ad se redeuntem recipit et
indulget. **V**erum hoc quidem esse fateor. **B**enignior est do-
minus q̄ creditur: et vnicuiq̄ parcit ad: se ut condecat rede-
unti. **N**onne benignus est dominus: qui tantas iniurias to-
lerat a peccatorib⁹: dans eis temporis spacium ut emenden-
tur. **S**ed hoc noueris: quia sicut benignus est tolerando: ita
iustus est puniendo. **S**ed quis iterū dicit: q̄ vir qui toto tem-
pore quo vixit malefecit: in mortis articulo accepta peniten-
tiā: a deo veniam obtinebit. **D**eu q̄ vana suspicatio et falsa
meditatio. **V**ix de centum milibus hominum: quorum semper
fuit mala vita merebitur indulgentiā habere unus. **V**ir
totus in peccato genitus et nutritus: qui nec dum vidit nec
agnouit: nec andire de eo voluit: nec se peccasse cognoscit: nec
quid perit. **C**entia sit: nisi forte dormiendo non sit. totus adhuc
secularibus innodatus negotijs: quem angustia premuit filio-
rum quos deserit: quē infirmitas conterit: quē dolor diuinitas

et temporalium bonorum concutit: cum c̄is nō posse frui am
plius se cernit. q̄ acceptam deo accipit penitentia; quam nō
acciperet si adhuc se sanari crederet. **L**erte concludam. **D**ui
dum sanus est et iuuenis dū offendere nō formidat: in mor-
te non merebitur diuinam indulgentiam obtinere. **N**on nan
q̄ est illa penitentia quam solum quis accipit: qui se viuere
amplius non posse cernit. **Q**ui si ex infirmitate conualesce-
ret: peior q̄ prius fieret. **S**cio non modicos pecuniosorum
in mortis articulo accepta penitentia conualuisse corpore et
peiorasse vitam. **H**oc teneo hoc verum puto: hoc multiplici
experientia didici: q̄ ei non est bonus finis: cui mala fuit sem-
per vita: qui peccare non timuit: sed mundi vanitatibus semi-
per vixit. **H**ec omnia Hieronymus. **D**ro his omnibus di-
lectissime mihi si recte sapio: si tecum lumen oculorum est: cō
temne hec omnia: scilicet caducas mundi diuitias: et falsam
eius gloriam propter eum qui est super omnia. **E**t quid pro-
dest homini si lucretur vniuersuz mundum: anime vero sue
detimentum patiatur. **S**citote omnem honorem huius ses-
culi esse impedimentum graue quoddam peremptoriam fa-
lantis eterne. **N**uem enim legimus a secularibus delitijs ad
eternas delicias migrasse. **O** q̄ fallat: et vana est gloria qua
homines ab iniuicem petunt et accipiunt: et gloriam que a so-
lo deo est non querunt. **H**omo si alijs vult preferri: nōne col-
lega illius est qui dixit. **P**onam sedem meam ad aquilonem:
et similis ero altissimo. **B**ed cnius ascen dit cathedrā: eiusde
timeat precipium et ruinam. **A**ug⁹. **O** q̄ felix q̄ beatus est
qui solo desiderio eternitatis inardescit: quia nec prosperita-
te attollitur: nec aduersitate quasiatur: et dū nil habet in mun-
do quod diligat: nihil est in hoc mundo qđ pertimescat. **G**lo-
ria huius mundi nihil aliud est: q̄ quedam vana aurum in
flatio. **O** quantum ergo execratus es si huius mundi gloriaz
queris. **N**am vt ait Ans helmus. **N**on potes esse in honore:
sine labore. in prelatione sine turbatione. in sublimitate sine
vanitate. **V**nde charissime si prudenter periculum tuum qđ
est temporali mundi honore incurris aduerteres pculdubio
animum tuum a seculi vanitatibus cohoberes.